



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

II. An excommunicatus possit optare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

fin. num. 35. & seqq. Pro majoribus ordine erit optimus tex. d. c. statuimus: idemq; de consuetudine, quæ habere aliam æquitatem, tradit gloss. & Dd. d. verbo, antiquiores, exemplificatq; ibi Jo. An. Gem. & Franc.

19 si detur optio doctoribus, quorum ꝑ ordo est præcipuus, o. cum ex injuncto, de heret. c. super, d. mag. c. de multa, de praben. vel filiis Principum, aliisque insignibus personis, d. c. de multa, c. ne aliqui, de priv. & clem. presenti, de bapt. cum similib. Præterea restringi potest principalis hæc conclusio per ea, quæ dicimus inf. q. seq. concl. 2. illatione 3.

QUÆRO SECUNDO, An excommunicatus possit optare?

- 20 Respondeo ꝑ quod sic: ita voluerunt Dom. de Rot. decis. 5. num. 1. de concess. praben. in no. Cassad. decis. 17. num. 5 de praben Franc. Marc. decis. Delphin. 1259. num. 41. par idem voluit Paris cap. dilecti colum. 1. de except. Gem. d. c. fin. §. fin. num. 4. & ibi Franc. in princip. num. 6. & Rebus. in c. postulatus, num. 132. de cler. excom ministr. Æn Falcon. in tract. de reservat. q. 1. in 5. effect. & Sig. de pens. q. 63. ubi hanc communem opinionem
- 21 dicit. Contrarium ꝑ tamen tenere videntur, Add. Rot. d. decis. 5. post Petr. de Perus. in c. referente, de praben. qua reper. est in ejus tract. de permut. benef. & in met Rot. decis. 8. num. 10. de sent. excom. in antiq. & Franc. in d. tract. de reserv. benef. q. 4. effect. 5. num. 3. Præ
- 22 qua opinione facit primo, quod excommunicatus ꝑ non facit suos fructus præbendæ, iisque privatur, ut habetur in c. pastoralis, §. verum, de appell. multo verominus poterit optare præbendam, cum sit res spiritualis, vel saltem spirituali annexa, ut not. Archid. in c. gratia, in princ. de rescript. in 6. Secundo, quia ꝑ collatio beneficii excommunicato facta nulla est, c. postulatus, cum ibi not. per Dd. de cler. excom. ministr. & not. Rot. decis. 5. de sent. excom. in antiq. Cassad. d. decis. 17. num. 6. de praben. late Staphil. de lit. grat. & justit. tit. de vi effect. claus. in princip. num. 9. Tertio, facit tex. d. c. referente, ubi in specie disponitur, excommunicatum optare

optare non posse. Quibus tamen non obstantibus, prima opinio ut communior est, ita verissima, movetur autem omnes illi, quia † optio non est collatio, ut 24
not. Archid. d. c. fin. de consuet. in 6. & nos latius inf. cap. 7. q. 1. excommunicatus vero solum prohibetur, ne ei conferri possit beneficium, quare illud satis probabile est, † excommunicatum posse beneficium sibi absenti collatum acceptare, quod & voluit Rot. *d. decis. 5. de concess. præben. & decis. 8. de sent. excom. & tenet etiam Staphil. d. tit. de vi & eff. clausularum, vers. 6. queritur, num. 22.* lateque tradit Covar. *in rel. c. alma mater, 1. par §. 7. num. 4. de sent. excom. lib. 6.* immo aliqui non improbab. liter tenuerunt, mero jure valere † collationem beneficii excommunicato factam, ut Card. 25
conf. 40. incip. in facto, neq; ei refragatur *tex. d. c. postulatu,* cum non declarat, collationem excommunicato factam ipso jure non tenere, sed solum non posse illi conferri beneficium, idque ab eo non posse sine dispensatione retineri, sed confirmari etiam potest ista communior opinio, quoniam excommunicatus † æ 26
quiparatur deputato, ut tradunt doctores in l. ejus qui, ff. de testam. & §. minor. Instit. de cap. dimin. & not. Innoc. in c. qualiter, & quando, il. 2. de accusat. Rot. decis. prox. alleg. & decis. 4. de sent. excom. in antiquior. num. 1. post gloss. Io. An. c. decernimus, de sent. excom. in 6. sed deportatus potest † eligere, & optare, *l. ex testamento, §. si quis rogatus, ad Trebell.* ergo poterit & excommunicatus. Accedat etiam quod excommunicatus † potest ea, quæ sunt facti, & per quæ solum voluntas de- 27
claratur, c. pro illorum, de præben. c. si vero, de sent. excom. juncto d. c. decernimus, de sent. excom. in 6. & c. significasti de eo, qui dux. in matr. sed per optionem solum declaratur voluntas & sine collatione nova ad summum acquiritur jus ad præbendam, non autem ad beneficium, 28
ut colligitur ex Rot. dd. decis. proxime alleg. & Gemin. d. §. fin. & de se patet. ergo, & c. Quibus sic stantibus, non obstant, quæ in contrarium allegantur. Non primum: 29
nam in d. c. pastoralis fructus † non auferuntur ipso jure 30

excommunicato, sed per sententiam, & quidem id expresse continere debet sententia, ut ibi optime notat, gloss. in verbo, subtrahuntur. Non secundum: optio enim fit sine collatione, unde non recte arguitur, cum diversa sint, vulg. l. Papinianus, ff. de minor. maxime cum simus in pœnalibus & odiosis, quæ potius restringenda sunt, c. odia, de reg. jur. in 6. cum similibus. Non tertium: nam ille textus non loquitur de optione nostra, sed de optione inter duo beneficia, quæ requirit collationem.

QUÆRO TERTIO, An absentes ab ecclesia saltem ex justa causa possint optare?

31 PRIMA CONCLUSIO Probabile est, quod vis absentes optare posse: ita colligitur ex Doctoribus infra allegandis, in sequenti conclusione, dum enim quaerunt, anposito statuto, vel consuetudine, quæ dat optionem præsentibus tantum, absentes in servitio ecclesie vel Papæ, vel alia justa de causa, ob quam præfentes habeantur, optare possint, aperte supponunt, quod ubi non adfit talis specialis consuetudo, vel statutum, quod soli præfentes optent, etiam non præfentes optare poterunt; idemque satis videtur esse de merito tex. & Dd. d. c. fin. dum permittunt ac volunt, optionem etiam per alios fieri posse, tempusque ad optandum datum non currere, nisi à die scientiæ, vix enim necessitas adesse videtur per alium optandi, vixque ignorantia præsumi posse præterquam in absente. Deum id ipsum probari potest ex iis, quibus paulo post ostendemus, consuetudinem extendi posse ad casum similem, & rationabilem.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi statutum ecclesie disponat, vel etiam consuetudo id solum obrinuerit, quod præfentes optent, forte quia numquam casus absentie evenit, vel etiam quod solum præfentes optent, si casus eveniat, certissimum est, † absentes in servitio ecclesie, vel Papæ optare posse intra viginti dies à tempore scientiæ: ita Io. An. d. c. fin. verbo, immittens, versic. item scias, & ibi Gemin. in princip. num. 6

Franc